



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesius**

**Sammieli, 1613**

Quotuplex vsura, & de mentali cap. 29.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

amicitia.\* Quartum, Quod sit ratione mutui, non damni emergentis, vel lucri cessantis. \* Quintum, Quod sit principaliter ob mutuum, nam si sponte, vel gratitudinis gratia aliquid mutuantur, non erit usura, quæ semper est peccatum mortale.

*Quotuplex usura, & de mentali. Cap. 29.*

**T**riples Usura, Mentalis, Exterior implicita, & Exterior explicita. Usura mentalis est, cum qui hac intentione mutuat, ut ex mutuo aliquod lucrum ultra fortem accipiat, sed talem intentionem non manifestat exterius. Usura implicita exterior est, cum quis paciscitur de lucro, sed non explicitè. Exterior explicita est, quando pactum fuit expressum. In mentali tria sunt necessaria, primum, intentio aliquid accipien-

di yltra sortem ex mutuo : quia  
Dominus prohibuit Luc.c.1. Mu-  
tuum date nihil inde sperantes.  
Spes enim ibi pro intētione sumi-  
tur, nec sola spes, aut desiderium  
acciendi lucrum, satis sunt ad  
vsuram , sed requiritur intētio  
id est, ut eo animo mutuet ut lu-  
crum capiat ex mutuo. \* Secundo  
requiritur, quod talis intētio in  
acquirendi lucrum ob mutuum  
non mutuandi propter amicitiam,  
\* Tertio , quod tale lucrū sit prin-  
cipaliter propter mutuum , non  
ob gratitudinem. Vsura autem  
hæc mentalis potest tripliciter cō-  
mitti : ex parte dantis & recipien-  
tis lucrum, ex parte recipientis tā-  
tum, & ex parte dantis & non re-  
cipientis : Primo & secundo modo  
peccat recipiens, & tenetur ad re-  
stitutionem : tertio modo nō pec-  
cat, sed cum primum constabit  
de mente dantis, reddere deber' id  
totum, quo ditior factus est.